

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1275

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

38. *Gottfrid Abt von Neuburg schreibt an die Stadt Straßburg, er bitte um freies Geleit, um sich wegen der ungerecht gegen ihn erhobenen Klagen zu verantworten. [1252—1275] Januar.*

Honorabilibus dominis et in Christo plurimum diligendis G. proconsuli ceterisque consulibus et magistratibus ac universitati civitatis Argentinensis frater G[otfridus] dictus abbas Novicastri quicquid potest servitii vel honoris. cum ad nos pervenerit ex relatu quorundam, quod nos vestram indignationem incurrerimus et offensam, universitatis piam providentiam ac providam pietatem omni devotione qua possumus exoramus, quatinus ad nostram purgationem vobis verbotenus declarandam et ad satisfactionem debitam exhibendam super hiis, que nobis forsitan imponuntur, liberum et securum accessum ad vos nobis dignemini provida deliberatione conferre. et nos ubicumque nostram innocentiam non valemus sufficienter ostendere, parati sumus omni prorsus emendationi, quam vos ipsi decreveritis vel audetis imponere, sub-
Januar 15 jacere. bene valete. datum feria tertia proxima post octavam epiphanie.

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. laeso. Das Stück gehört dem Schrift-Character nach in die zweite Hälfte des 13. Jahrhunderts. Gottfrid ist als Abt von Neuburg nachweisbar von 1252 bis 1280. Da für die seit 1275 bekannten Bürgermeister die Sigle G nicht passt, so ist dies Jahr als Endtermin gesetzt. G ist vielleicht mit Gozelino aufzulösen und dürfte die Urkunde dann wohl in die Jahre 1262, 63 oder 65 gehören.

39. *Die Stadt Basel schließt mit der Stadt Straßburg in Erwartung eines dauerhaften friedlichen Ausgleichs einen bis zur Osteroctav laufenden Waffenstillstand. 1275 Januar 18 Basel.*

Viris honorandis prudentibus et discretis . . magistro et consulibus Argentinensibus . . magister et consules Basilienses salutem obsequium et amorem. cupientes omnes questionum articulos inter vos et cives vestros ex una et nos et civitatem nostram motos ex parte altera fine amicabile terminari et vobiscum in veram et perpetuam ex affectu amicitiam reformari, treugas^a fideles sine dolo quolibet observandas vobiscum et cum omnibus civibus Argentinensibus ex parte nostri et omnium, qui nostro districtui sunt subjecti, usque ad octavam pasche proximam presentibus confirmamus, transmittentes vestre circumspeccioni has patentes litteras super confirmatione earundem treugarum confectas universitatis nostre sigilli munimine roboratas. datum in consilio nostro Basilee anno domini 1275, 15 kalendas februarii.

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. delapso.

^a) *S in treugas ist u dem o mit anderer, hellerer Tinte übergeschrieben.*

40. *Bischof Konrad von Straßburg fordert den Clerus seiner Diöcese zur eifrigen Unterstützung des Straßburger Münsterbaus auf und macht eine Reihe von Ablaßbewilligungen dafür bekannt. 1275 Januar 28.*

Cānradus dei gratia Argentinensis episcopus universis abbatibus prioribus pre-
 5 positis decanis plebanis et viceplebanis ceterisque ecclesiarum rectoribus Argen-
 tinensis dyocesis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo, qui nos
 sanguine suo lavit. ordinata karitas, etsi omnium indigenciis pro posse condoleat,
 succurrit illis tamen propensius ac miseretur et subvenit efficacius, quos sibi videt
 astrictos familiaritatis seu coherencie alicujus vinculo speciali. hinc est quod, licet
 10 omnium ecclesiarum nobis subjectarum promocioni debeamus intendere, majori tamen,
 in qua intelligimur et ipsa in nobis, pre ceteris tenemur prospicere, ut in materialibus
 et in spiritualibus^a grata nostris temporibus recipiat^b incrementa. cum igitur
 fabrica matricis ecclesie nostre Argentinensis laudabiliter utique sit inchoata et propter
 defectum consumacionis ejus seu longo annorum spacio expectare nimis contingat,
 15 si de suis tantum facultatibus debeat consumari, de maturo consilio prelatorum
 nostrorum acceleracioni sue digne duximus providendum. sane dilectissimi nobis in
 Christo, quos divina potencia sub baculo nostre dicionis esse voluit, attentissime
 rogamus vos et sub attestacione divini judicii ac in virtute sancte obediencie atten-
 tius commonemus, quatenus latores presencium nostros speciales nuncios super
 20 premissis negocio promovendo deputatos, cum ad vos pervenerint a vestris subditis
 beneficia petituri, sine contradicione et vexacione qualibet recipientes vestros parro-
 chianos in confessionibus et in publico ad tam piam intencionem exequendam, ut
 elemosinas suas erogent, attentis monicionibus vestris fideliter inducendo et dictum
 negocium in personis propriis juxta quod ab eisdem nunciis informati fueritis, stu-
 25 deatis efficaciter promovere, ipsos nuncios in vestra hospicia, ne de facili ab aliquibus
 molestari aut infamari contingat, recipiatis eisque in victualibus tamquam vobis
 ipsis competentibus honeste provideatis, expensas tamen eorundem moderando. scimus
 enim, quod de fidelitate vestra et devocione sancta, quam erga nos et ecclesiam
 nostram vos habere speramus, in hoc vestre^c dilectionis et obediencie certum experi-
 30 mentum capiemus. volumus eciam et precipimus, ut ecclesia nostra Argentinensis
 mater vestra nove regeneracionis et salutis per vestram exhortacionem promoveatur
 hoc modo videlicet, ut in testamentis omnium morientium subditorum vestrorum seu
 vivorum donacionem et legacionem pro remediis animarum suarum primo recipiat
 fructuosam, et ut partem aliquam dicta ecclesia se gaudeat habituram^d, salva porcione
 35 canonica parrochialium ecclesiarum institutis editis declarata. unusquisque eciam
 vestrum in ecclesiis vestris duos de parrochianis vestris magis fideles et ydoneos
 horum beneficiorum collectores instituat, qui beneficia collata integre recipiant et ea
 sine diminucione qualibet ad diem et horam, quem lator presencium vobis assigna-
 verit, si vos in personis propriis interesse non potueritis, ad manus conservatorum

40 a) *F* spiritalibus. b) *F* recipiant. c) *F* vere. d) *F* add. expresse nominetur. Dies fehlt in den gleich-
 lautenden Indulgenzbrieffen und gibt hier keinen Sinn.

super hoc negotio electorum latori presencium [presentare]^a non omittant. si quis autem vestrum huic mandato nostro rebellis aut contumax exstiterit, ex ipsa culpa secundum delicti meritum se noverit graviter puniendum, insuper coram nobis vel iudicibus super hoc negotio a nobis constitutis die et loco sibi per latorem presencium prefixo compareat responsurus. vobis eciam sacerdotibus mandantes precipimus, quatenus istud negotium singulis diebus dominicis et festis diligenter et efficaciter promovere studeatis. illos vero, qui istud negotium exemplo verbo et opere minus diligenter, quam debuerint, fuerint executi, vos iudices super hoc negotio nostra auctoritate constituti animadversione puniatis. si quis vero plebanorum aut sacerdotum huic mandato nostro obviare aut contradicere presumpserit, quod absit quod nec credere possumus, precipimus, ut coram nobis vel iudicibus prelibatis, videlicet domino M[arquardo] scholastico et archidiacono et domino E[berhardo] de Entringen archidiacono dicte fabrice provitore ad diem et horam, quam lator presencium sibi assignaverit, citatus compareat auctoritate presencium de tali et tanta inobediencia responsurus. ipsos vero nuncios ac negotium sub dei et sue sanctissime genitricis Marie et nostram protectionem suscipimus specialem. et quicumque eos verbo vel opere videlicet molestare aut aliquo modo in suis negociis impedire presumpserit, si laycus fuerit, statim se noverit excommunicationis sententiam incurrisse, si clericus, quod absit, sciat, se auctoritate presencium ad presenciam iudicum predictorum peremptorie esse citatum. indulgemus eciam, ut, si aliquae ecclesie a nobis vel archidiaconis nostris fuerint interdicte, duobus aut tribus diebus dominicis ac festis, in quibus istud negotium fuerit promovendum, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis divina ibi officia celebrentur et verbum exhortacionis ad populum ad promocionem negocii efficacius proponatur, salvo sententiis negotio generalis ecclesie promulgatis. inhibemus eciam vobis plebanis et vicariis sub pena suspensionis, ne aliquas petitiones vel petitores aliquos, sive sint regulares sive seculares, sub quacunque forma verborum litteras nostras portaverint, admittatis nec in vestris ecclesiis aut cappellis pro requirendis elemosinis petere vel predicare sollempniter permittatis, quoadusque negotium matricis ecclesie efficacius compleatur, ut ex hoc vestra obediencia matri ecclesie exhibita, a qua siquidem recipitis promocionem ordinis et honoris, coram deo et hominibus appareat fructuosa. statuimus eciam et concedimus cum consensu archidiaconorum nostrorum, ut omnes, qui fraternitatem beate Marie virginis receperint et ad elemosinas singulis annis reddendas se obligaverint, si ecclesie, ad quas pertinent, fuerint interdicte a nobis vel archidiaconis nostris ipsosque mori contigerit, nisi excommunicati ac nominatim interdicti seu publici usurarii fuerint, eis sepultura ecclesiastica non negetur. ad hec karrinas jam indictas vel eciam indicendas propter urgentem ipsius fabrice necessitatem de bonorum consilio in penam pecuniariam duximus conmutandum. noverint igitur universi, nos a sede apostolica ad salutem omnium benefactorum largam indulgenciam obtinuisse. dominus papa pietatis studio moreque paterno omnibus vere contritis et confessis, qui manum porrexerint ad iutricem et suas largiti fuerint elemosinas ad opus prefatum, annum et quadraginta

a) F om. presentare. Ergänzt aus den gleichlautenden Indulgenzen.

dies criminalium misericorditer relaxat, insuper frater H[ugo] cardinalis sancte Sabine centum dies¹, dominus P[etrus] legatus sexaginta² dies, dominus G[regorius] legatus Aquinensis episcopus quadraginta dies, dominus metropolitanus quadraginta dies, dominus episcopus Spirensis quadraginta dies, dominus episcopus Constanciensis
 5 quadraginta dies, dominus episcopus Basiliensis quadraginta dies, quas indulgencias sedes apostolica usque ad consummacionem dicti operis confirmavit. nos vero de omnipotentis dei misericordia et sue gloriose genitricis virginis Marie suffragio confidentes omnibus, qui ad opus prefatum manum porrexerint adjutricem, quadraginta
 10 dies criminalium et unum annum venialium relaxamus. insuper peccata oblita, vota fracta, si ad ea redierint, offensas patrum et matrum sine manuum injectione violenta, penitencias oblitas et negligenter factas, transgressiones fidei et juramentorum, que ex levitate animi ac ex iracundia processerunt, misericorditer relaxamus. preterea, si qui subditorum vestrorum per rapinam vel usuram ac per furtum seu alio modo
 15 res male acquisitas tenent, si personas, quibus earum restitucio debetur, ignoraverint easque juxta consilia suorum sacerdotum ecclesie matrici erogaverint, super hiis eos coram deo reddimus absolutos et inde vos ecclesiarum rectores testes esse volumus^a et responsores. volumus^b etiam et precipimus, ut quilibet sacerdos in nostra dyocesi, sive regularis sive secularis sit, pro omnibus ecclesie nostre benefactoribus vivis et defunctis singulis septimanis tres missas celebret, feria secunda pro defunctis,
 20 feria quinta pro peccatis, sabato in honorem beate Marie virginis. preterea eis damus omnium oracionum, que fiunt vel fient in dyocesi Argentinensi, participacionem. et vobis sacerdotibus in hoc negocio fideliter laborantibus, quicquid ex torpore vel negliencia in divino officio omisistis, dum bene contriti et confessi fueritis, misericorditer condonamus. datum anno domini 1275 in octava Angnetis³.

25 *F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 196^a - 197^b cop. chart. geschrieben von Johannes Wissze cellerarius fabricae ecclesie Argentinensis feria 6 post festum ascensionis domini a. d. 1406. Mai 21.*
Gedruckt darnach bei Kraus Kunst u. Alterthum i. Elsaß-Lothringen I, 359.

41. *Bischof Konrad von Straßburg fordert auf, unrechtmäßiges Eigenthum, das
 30 nicht mehr zurückerstattet werden kann, an die Straßburger Münsterfabrik abzuführen. 1275 Jannar 28 Straßburg.*

Cōnradus dei gracia Argentinensis episcopus omnibus prelatis et ecclesiarum rectoribus sive aliis auditoribus^c per suam civitatem et dyocesim de sua licencia vel

a) *F* volumus. b) *F* volumus. c) *vielleicht* sacerdotibus.

35 ¹ Vergl. UB. I, 285 nr. 374. ² Vergl. UB. I, 285 Anmerk. 1.

³ Einen nahezu gleichlautenden Ablaßbrief zu Gunsten des Straßburger Münsterbaues erläßt Bischof Emicho von Worms 1297, in dem er zugleich alle andern für den Münsterbau bewilligten Ablässe auch für den Bereich seiner Diocese bestätigt. Es fehlen darin die besonders eingesetzten Richter und der Passus von S. 26 Z. 31 bis S. 27 Z. 6. Dafür heißt es precipimus insuper vobis
 40 sacerdotibus sub pena suspensionis officii vestri, ne aliquam porcionem de elemosinis conquisitis ab eisdem nunciis extorquere vel recipere presumatis nisi illam, quam vobis porrexerint de sua propria voluntate. Genau identisch mit diesem Indulgenzbrieft Emichos ist derjenige des Bischofs Friedrich von Speier 1300 April 15. Beide im Frauenh. A. Donationsbuch 2 f. 201-204.

rektorum ecclesiarum [constitutis]^a salutem in Christo Jhesu. cum secundum eloquium divinum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, mandamus firmiter precipientes, ut omnes subditos vestros moneatis et inducere studeatis, ut male ab eisdem accepta et male retenta, ad quorum tenentur restitutionem, in foro penitentiali restituant eis, a quibus eadem receperunt sive quibus eadem debentur, vel eorum heredibus aut eorum procuratoribus, qui si inveniri non poterunt diligenter expectati et requisiti, ne ex hoc animarum suarum salutem periclitari contingat, de capituli^b nostri consilio statuimus et mandamus firmiter precipientes, ut omnia hujusmodi restituenda ad fabricam nostre ecclesie Argentinensis eadem cessante fraude dentur et assignentur, ut saltem saluti eorum, quibus hujusmodi res restituende fuerant, consulatur et subveniatur hoc modo sicque occurratur fraudi, que in nostra civitate et dyocesi circa hujusmodi restitutiones consuevit admitti. nos enim in omnes, qui aliter circa hujusmodi restitutiones quicquam ordinare presumpserint vel aliter ordinata receperint, presenti scripto sententiam ferimus excommunicacionis. datum Argentine anno domini 1275 in octava Angnetis.

F aus Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 198^a cop. chart. d. a. 1406.

Gedruckt darnach bei Kraus Kunst u. Alterthum i. Elsaß-Lothringen I, 362

42. *Bischof Konrad von Straßburg verheißt Allen, welche zu Gunsten des Straßburger Münsterbaues die große Glocke läuten lassen werden, Ablaß. 1275 Januar 28.*

Cōnradus dei gracia episcopus Argentinensis universis presencium inspectoribus seu auditoribus salutem in domino. quia opus ecclesie Argentinensis sicut flores maji variis ornatibus consurgens in altum oculos aspiciendum magis et magis allicit et eisdem dulcibus oblectaminibus alludit, ideo cordi nobis inest, ut idem opus, quocunque competenti modo possumus, ut perfectionem debitam consequatur, promovere fideliter studeamus. omnibus igitur, quibus major campana in subsidium dicti operis ex eorum electione et voluntate pulsata fuerit, quadraginta dies, hiis vero, qui audientes sonum campane oracionem suam pro salute anime defuncte fuderint, viginti dies injuncte sibi penitencie de omnipotentis dei et gloriose virginis Marie confisi misericordia relaxamus. datum anno domini 1275 in octava Angnetis.¹

F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 198^a cop. chart. d. a. 1406.

Gedruckt darnach bei Kraus Kunst u. Alterthum i. Elsaß-Lothringen I, 362. — Strobel Gesch. d. Els. II, 96 Anmerk. 2 aus Wencker Chron. mscr. I, 150, wohl nach gleicher Vorlage.

a) *F confessiones.* b) *F capitulo.*

¹ *Diesen Ablaßbrief, wie denjenigen sub nr. 43 wiederholen genau mit denselben Worten die Bischöfe Friedrich I und Johann II von Straßburg 1303 December 10 und 1354 Juli 11. Cop. ebenda i. Donationsbuch 2 fol. 199^a u. 200^a.*

43. *Ablaßbrief Bischof Konrads von Straßburg zu Gunsten des heiligen Kreuzes des Straßburger Münsters. 1275 Januar 28.*

Cūnradus dei gracia episcopus Argentinensis universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. cum sicut nostre dyocesis et aliis Christi constat fidelibus, crux gloriosa, crux adoranda ecclesie Argentinensis sanctorum reliquiis predita tantis a longe retroactis temporibus virtutum ac miraculorum effectibus sit experta, quod quandocunque populus Argentinensis eandem sanctam crucem pro serenitate aeris seu fluviorum inundacione reprimenda aut pro grandinibus aut tempestatibus mitigandis sive pro aliis necessitatibus quibuscunque reverenter deposuerit ipsamque deportans cum devocione ymnis et canticis adorationibus adeo gratam postularit, statim placata ira altissimi a domino cuncta^a se impetrasse letetur, dignum est, ut eadem sancta crux in laudem Christi a populo christiano devocionibus, oracionibus et elemosinarum subsidiis veneretur, presertim cum beneficia illic impensa ad promocionem fabrice ecclesie Argentinensis salubriter et utiliter convertantur. universos igitur vos et singulos rogandos duximus et fideliter commendos, quatenus illius intuitu, qui honorum est omnium retributor, specialiter ad hunc sanctum thesaurum, quem sibi deus pre ceteris elegisse videtur, prout veritatis cottidiana patet experientia, manum velitis porrigere adjutricem, ut per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterna possitis felicitatis gaudia pervenire. nos enim de dei omnipotentis ac ipsius gloriose virginis misericordia necnon omnium sanctorum confidentes meritis omnibus, qui ad predictam sanctam crucem manum caritativam porrexerint, quadraginta^b dies injuncte sibi penitencie misericorditer relaxamus preter alias sedis apostolice ac legatorum ejus, archiepiscoporum et episcoporum indulgencias, quas ad hec per beneficia, que fecerint, nichilominus consecuntur. datum anno domini 1275 in octava Angnetis.

*F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 197^b cop. chart. d. a. 1406.
Gedruckt darnach bei Kraus Kunst u. Alterthum i. Elsaß-Lothringen I, 361.*

44. *Die Stadt Colmar vereinbart mit der Stadt Straßburg gegenseitige Sicherheit ihrer Bürger bis zum Ablauf der Osterwoche. 1275 Januar 29.*

Wir Sifrit von Gundoltshein der schultheize der rät und die burger gemeinliche von Colmere tūn kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehorent, daz wir mit den burgern allen gemeinliche von Strazburc sint uberein komen, daz hinnan unze nu üzgander osterwochen ir burgere zū uns und unser burgere zū in varen sulnt und man da zwischent dekeine pfendunge noch bekumberunge dewederthalb gegen einander tūn sol. diz geschach an deme zistage vor der lichtmes, da von gots geburte warent tusent jar zweihundert jar und funfe und sibenzic jar.

April 20

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. Gut erhaltenes gelbes Wachssiegel.

a) F cuncta. b) F hatte ursprünglich 1, dies wurde durchstrichen und xl darüber gesetzt.

45. Graf Albert von Hohenberg verpflichtet sich, der Stadt Straßburg jeden Schaden, den ihr Heinrich Kaltwile und Genossen zufügen möchten, zu ersetzen. 1275 Mai 22.

Noverint universi presentis cedula inspectores, quod nos Albertus comes de Hohenberg promittimus et ad hoc nos presentibus sollempniter obligamus, quod si 5
Heinricus Kaltwile vel aliquis amicorum suorum unquam civibus Argentinensibus dampnum vel molestiam intulerint in personis seu rebus vel inferri procuraverint pro eo, quod iidem cives ipsum tenuerant captivatum, nos ipsos cives de hoc absolvemus et indemnes reddere promittimus per presentes sigillo nostro in testimonium 10
communitas. datum anno domini 1275 in vigilia ascensionis domini.

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. sig. pend. Gut erhaltenes Reitersiegel mit der Legende s. Alberti comitis de Hohenberg.

46. Vertrag der Stadt Straßburg mit dem Armbruster Berthold Erlin. 1275 Juni 23.

Wir Johans jensite Brúsch der meister der rat und die gemeinde von Strazburg 15
túnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehórent, daz wir mit Bertholte Erline alsus sint übereinkomen, daz er unserre stette jergliches mit siner kost geben sol fünf gúti krepfige armbrust. und swas er anderre armbrust gemachet, die er verkóffen wil, die sol er unserre stette von erst bieten. ist das wirre bedórfent, wir sulnt sie ime gelten, alse sie wert sint án geverde. bedórfen wirre niht, so sol er sie 20
verkóffen, da ez ime füget; doch sol er keinem unserm offen viende kein armbrust geben zú kóffenne. ern sol óch keime lantherren helfen wenne mit unserm urlobe. er sol uns óch unsere armbrust, swaz ie drane bristet, wider machen mit der stette kost. swenne so wir óch gemeinliche uz ziehent, so sol er mit unserm kost mit uns 25
varn und súln wir gelten, swas er denne gezúges bedarf zú sime antwercke. wir sulnt óch ime jerglichs geben von der stette wegen zwelf pfunde pfenninge, ie zúr fronevasten drú pfunt. der sol man ime geben núdehalbes vomme holtzmerckete und vierdehalbes von der stette gúte. swenne aber der holtzmercket gerwe ledig wirt, so sol er dise zwelf pfunde gerwe nemen vomme holtzmercket. der hof zú Wasen- 30
ecke in dem begriffe, alse meister Bere dinne was, der hóret in óch ane, er sie dinne oder nút. daz aber diz stete blibe, darumbe [ist] unsere stette ingesigel an disen brief gehencket zeime urkúnde. diz geschach an dem súnegiht abende, da von gottes gebúrte warent tusent jar zwei hundert jar und fúnfe und sybentzig jar. haran warent der rat von Strazburg gemeinliche.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 185^a mit der Ueberschrift der stette armbrusters 35
reht und sin gelt.*

Gedruckt darnach i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. VI, 49 und i. d. Alsatia 1876. S. 265.

47. *König Rudolf nimmt die Stadt Straßburg in seinen besondern Schutz und bestätigt ihr alle früher bewilligten Freiheiten und Privilegien. 1275 December 8 Hagenau.*

; In nomine sancte et individue trinitatis. Rudolfus divina favente clemencia
 5 Romanorum rex semper augustus. ; augustialis pietas immensa clemencia eorum
 commodis et honoribus hilariori vultu consuevit intendere, quos in suis obsequiis pia
 et prompta voluntate desudare cognovit experientia cerciori. inde est quod nos
 advertentes, quam sincero affectu civitas Argentina serviciis nostris se exposuit et
 qualiter per evidentissima obsequiorum suorum merita regalis majestatis sibi specialem
 10 induxit gratiam et favorem, ad communem utilitatem civitatis Argentine pariterque
 honorem in evum promovendum graciosum favorem nostrum duximus concedendum,
 ut exemplo retributionis ejus, quam pro serviciis suis memorate civitati concessimus,
 alie quoque civitates inperii proniori voluntate ad nostra servitia fervencius animentur.
 notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos ad instar inpera-
 15 torum et regum Romanorum predecessorum nostrorum sepedictam civitatem Argen-
 tinam cum omnibus ejus incolis sub specialem defensionis nostre gratiam recipientes
 de liberalitate nostri culminis ipsi civitati indulgemus et in evum confirmamus, ut
 ubicunque ipsius civitatis burgenses per totam provinciam Alsacie proprietates aliquas
 sive quascunque possessiones habuerint, nulli licitum sit de hiis proprietatibus sive
 20 possessionibus vel eciam hominibus eorum servicium aliquod accipere aut exigere
 vel eciam cujusquam precarie sive exactionis onus eis inponere, quoniam nos dictam
 civitatem cum omnibus ejus pertinenciis tam intus quam extra ad speciale obsequium
 inperii decrevimus reservare. preterea constituimus tradidimus et auctoritate regia
 consensuque principum nostrorum confirmavimus institutum et jus quoddam, quod
 25 (31) cives iidem habuerunt a divis augustis predecessoribus nostris Lothario et Philippo
 Romanorum regibus memorie recolende¹, ut numquam in loco aliquo per personam
 aliquam ecclesiasticam vel secularem eorum aliquis inpediatur aut molestetur vel in
 judicium trahatur extra civitatem vel prorsus cogatur ab aliquo pro sua proprietate
 seu possessione ibi cuiquam respondere, sed si aliquis adversus aliquem eorum
 30 aliquid questionis habuerit, infra civitatem coram ipsius civitatis iudicibus eum
 inpetat ibique ei respondeat et satisfaciat. presertim eadem auctoritate regali conce-
 dimus et indulgemus, quod mercatores ipsorum per aquarum discursus cum merci-
 moniis suis euntes, quocunque locorum navigia perveniant, si quo casu contingente
 rupta fuerint vel ad terram pervenerint, ne periculum naufragii cum rerum suarum
 35 dimersione perpessi aliquod in bonis suis idcirco dispendium sustineant vel jacturam,
 sed tam navigia quam navigantium bona illis reserventur, ad quos spectabant, ante-
 quam navigium hujusmodi periculum incurrisset, sublata penitus omni consuetudine
 locorum. volumus itaque fideles nostros cives Argentinenses consistere in omni jure
 et honore atque constitutione, sicut a divis Romanorum regibus et inperatoribus
 40 nostris predecessoribus eorum fuerunt temporibus sublimati, statuentes et edicto regio

¹ Vergl. UB. I, 61 nr. 78; 119 nr. 145.